

DE DEPRECANDO DŌ

honore uirtutis cum praecipis dñi & cum apostolus eius fortiter stantes in
tanta multorum fidem martyri uestri ueritate solidastis, uere euangeli
testes & uere martyres xpi iacobus eius in xpi super petram robusta mole fun
dati disciplinam cum uirtute iuxastis ad timorem di ceteros prouocastis
martyria uestra exempla fecistis. Opto uos fortissimae beatissimi fra
tres semper bene ualere & nostri meminisse.

BYTERO RUO ET CETERIS CONFESSORIBUS. EXPLICIT

INCIPIT AD CLERICO DE DEPRECANDO DŌ PRO PECCATIS NOSTRIS

CYPRIANUS PRESBYTERO RUO ET DE DIACONORŪ FRATRIBUS SALUTE

Quamquam sciam fratres carissimi pro timore quem singuli debemus do
uos quaque illic ad sidus orationibus & anxio praecipis instanter incumbere
ad moneo tamen etiam ipse reliquos sollicitudinem uestram ut ad placidū
atq; exorandū dñi non uoces sola sed & lacrimis & lacrimis & omni genere de
precatōnis ingemescamus. In ad legendum est enim & confitendum pres
sura estis turbidam uastitatem quae egregem nostrum maxima ex parte
populata est & adhuc usq; populatur secundum peccata nostra uenisse dū
uam dñi non tenemus nec data nobis ad salutem caelestia mandata serua
mus. fecit dñs noster uoluntatem patris & nos non facimus di uoluntatem,
patrimonio & lucro studentes superbia sectantes, aemulationi & dissen
sioni uacantes, simplicitatis & fidei neglegentes, saeculo uerbis & non factis
renuntiantes, unusquisq; sibi placentes & omnibus displicentes. Uapula
mus itaq; ut meremur cum scriptis sit. Seruus autem ille qui cognoscit
uoluntatem dñi sui & non paruerit uoluntati eius uapulauit multas. Quas
autē plagas quae uerba non meremur quando nec confessores qui ex
emplo ceteris ad bonos mores esse debuerant teneant disciplinam. Itaque
dum quosdam insolenter extollit confessionis suae tumida & in uecunda
lactatio tormenta uenerunt & tormenta sine fine torcoris sine exitu don
nationis sine solacio mortis tormenta quae ad coronam non facile dimitt
ant, sectandū torqueant quamdiu deciant, nisi si aliquis diuina dignatio

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services



Österreichische Nationalbibliothek

